

Q. D. B. V.

AVCTORITATE

RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI
SERENISSIMI PRINCIPIS HEREDITARII

AC DOMINI

1754, 4.

DOMINI FRIDERICI

HASSIAE LANDGRAVII REL.

AD ORNANDAM PANEGYRIN

QVA
VIR ILLVSTRIS ET CONSVLTISSIMVS
DOMINVS

IOANNES IACOBVS SORBER

IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR ET PROFESSOR ORDINARIUS
CELEBERRIMVS

IPSIS KALENDIS NOVEMBERIBVS CLODCLILH. HORA X.
IN AUDITORIO MAIORI AD LANVM

DICTVRVS

DE EQVITIBVS GERMANORVM DESVLTORIIS
MVNVS SVVM RITE AVSPICABITVR

PERILLVSTREM ET MAGNIFICVM
ACADEMIAE PROCANCELLARIVM

REGIMINIS PRINCIPALIS CONSILARIUM INTIMVM
CETEROS VTRIVSQVE REIPUBLICAE PROCERES

SVO SINGVLOS TITVLO CONDECORANDOS
GENEROSOS ATQVE NOBILISSLIMOS CIVES

LITERATOS ET LITERARVM QVOSCUNQUE FAVTORES

PRAEMISSA APOLOGIA
PRO IVRIS SCIENTIA A CICERONE IN ORATIONE
PRO MVREN A TRADVCTA

DECENTER INVITAT

IOHANNES NICOLAVS FVNCCIVS
ELOVENTIAE ET POESEOS PROFESSOR ORD.

H. T.
ACADEMIAE PRORECTOR.

MARBVRGI

TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI
ACADEM. TYPOGR.

6 DFL
ACADEMIAE
HISTORIS ACADEMIAS VITERBIENSIS
SERENISSIMI PRINCIPIS HEREDIS VITRINA
AC DONATI
DOMINI FREDERICI
HASSIVI FUNDATORI ET
AD ORNAMENTA TAVILLARUM
AR HISTORIS ET CIVICIS LIBRARUM
GOMPHUS
JOHNES JACOPOVS SCOPVS
TURIS ALTMERAE DECIMI ET DECIMOSIMO
CILICIA
IN ALTMERAE MONTI C. 1774
DE LOSTHIS GERMANSKAN DEPARTMENT
MUNIS PLATEA UTA
PERIPLA
ACADAMIA
EGO VENIS TERRAM
COPROS AVENSIS IN PRAECA
CENTROSOVS AYOTIS AGONIZANTIBVS
TVO MRBZ SODA
TAVILLARUM
JOHNES NICOLAVAS HUIC
HODITVM ET LITERIS IMPRES
ACADEMIAE PROTECTOR
MAY 1801
TITULUS
PROSES
MAY 1801
TITULUS
PROSES



alumniosus et iniurius in Iurisconsultos videtur esse CICERO in oratione pro L. MURENA, qua Iuris scientiam inuidat, illique et dignitatem et gratiam et utilitatem, denique ornem existimationem detrahere nititur. Non solum descriptas Iureconsultorum formulas, notas, literas, interpunktiones ridet, sed mox fraudis et stultitiae criminibus eos accusat grauius, vt iam non modo contemtu, sed odio etiam digni videri debant. Audiamus ipsum loquentem. Ita SERVIVM alloquitur: *Quoniam mibi videris istam scientiam iuris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar te in tanto errore verfarri, ut istud nescio quid, quod tautopere didicisti, praeclarum aliquid esse arbitrare.* - Quod quidem ius civile didicisti, non dicam, operam perdidisti, sed illud dicam, nullam esse in illa disciplina muniam ad consulatum viam. Alibi: *Qui potest dubitari, quin ad consulatum adipiscendum plus afferat dignitas rei militaris, quam iuriis civilis gloria?* Posthaec: Primum dignitas in tam tenui scientia quae potest esse? res enim sunt paruae, prope in singulis literis atque interpunktioribus verborum occupatae. Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis: id enuntiatis vestris mysteriis, totum est contemptum et abiectum. Paulo post: Cum permulta praecellere legibus essent constituta, ea iureconsultorum ingenii pleraque corrupta ac depravata sunt. Paucis interiectis: Itaque, vt dixi, dignitas in ista scientia consularis nunquam fuit, quae tota ex rebus fictis commentituisse constaret: gratiae vero multo etiam minores. - Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quae neque extra Romanum usquam neque Romae, rebus prolatis, quidquam valer. Peritus ideo haberi nemo potest, quod in eo quod scunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autem res ideo non putatur, quod et per paucis, et minime obscuris literis continetur. Itaque si mibi homini vehementer occupato stomachum moveritis, tri duo me iurisconsultum esse profitebor.

Haec et multa alia CICERO passim in oratione memorata in Iurisconsultos inuectus, vt exilitatem et vanitatem istius scientiae, quam *verbosam simulationem prudentiae* vocat, derideat. Efficitur autem hoc maxime comparatione, qua artem militarem et eloquentiam iuris civilis scientiae anteponens hanc paruam et exilem facit. Et ne videretur saltum tempore pacis plurimum valere iuris scientia, ideo et omnium ornamentorum atque virtutum ciuilium



hanc postremam esse conatur ostendere. Quia vero iuris scientia et eloquentia in pace dignitatem maximam viderentur habere, harum etiam comparationem quandam instituit ad extenuandam Seruanam iuris professionem.

Facilis vero est ad haec omnia responsio, et CICERONEM ex suis ipsis scriptis refutare, suoque, quod aiunt, gladio iugulare possem, nisi veritatem oratoris huius dicendi rationem fatis cognitam omnibus esse scirem, qua vti saepe solitus est ad accusandos vel euertendos alios, judicesque in suam sententiam adducendos. Tota ista oratio festiva est, et ad carpendum instituta, in qua facete lepidetque iuris scientiam eleat; et Stoicorum philosophiam, cui deditus erat CATO eius aduersarius, deludit: et ut caussae inferiree suae, SYLPLICIVMQUE prosterneret, nulli parcit iuris consulto. Quare cum eum dicentem CATO audiret, teste PLVTARCHO: *Dii boni, inquit, quam ridiculum consulem habemus!*

Nam cum impetus ille forensis deferbuisset, et serio de his et ex animi sententia dispuaret, sapientiam et eloquentiam dignitate sua bellicis utilitatibus praestare dixit, nihilque tam honorificum iudicavit in pace, quam iuris scientiam profiteri (*a*). Quid? quod idem eundem hunc SERV. SYLPLICIVM, de cuius professione iuris in oratione hac detrahit, in epistola laudat, eiusque scientiam *excellente*m et *singularem* vocat. (*b*)

Quin etiam quibus hic ad carpendum istam scientiam argumentis vtitur, ea illic assumit quasi ad constituantem artem quandam huius, atque esse hanc necessariam oratori idem affirmat. Nam in partitionibus oratorii (*c*) sic ait: *Quarum causarum genus est positum in iure ciuili, quod est in priuatarum ac publicarum rerum lege aut more positum: cuius scientia neglecta ab oratoribus plerisque, nobis ad discendum necessaria videtur.* Idem alibi (*d*): *Iuris, inquit, ciuilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio.* In oratione quoque pro A. CAECINA, qua nihil dignisi studiosi iuris legant, magnifice hoc studium collaudauit. Sic enim ibi: (*e*) *Qui ius ciuile contennendum putat, is vincula reuellit non modo iudiciorum, sed etiam utilitatis vitaque communis.* Qui autem interpres iuris vituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus, non de iure ciuili detrahit. *Sin peritis non putat esse obtinendandum, non bonimes laedit, sed leges et iura labefactat.* *Quod vobis venire in mentem profecto necesse est, nihil esse in ciuitate tam diligenter quam ius ciuale retinendum.* Etenim, hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienum sit: nihil est, quod aequabile inter omnes, atque unum omnibus esse possit. Et paulo post: *Quod enim est ius ciuile?* quod neque *inflecti* gratia, neque *perfringi* potentia, neque adulterari pecunia possit. *Quod si non modo oppressum, sed etiam desertum aut negligentius adseruatum erit, nihil est,* quod

(*a*) in primo lib. Off. et in Bruto.

(*b*) ad famili. lib. IV. ep. 3.

(*c*) p. m. 425.

(*d*) lib. II. de off.

(*e*) cap. XXV.

5

quod quisquam sese habere certum, aut a patre accepturum, aut reli-
eturum liberis arbitretur e. q. f. Quid plura? Ipse etiam Orator
nester disciplina iuris ciuilis suis eruditissimus, (f) cui a pueritia
se multum temporis atque laboris impendisse scribit: (g) Ego, in-
quit, *iuris ciuilis studio multum operae dabam* Q. SCAEVOLAE PUBLII
filio: qui quanquam nemini se ad docendum dabant, tamen consilienti-
bus respondendo studiosos audiendi docebat. Et alio loco (h) fibi gra-
tulatus est, quod leges XII. Tabularum cum aequalibus suis me-
moriae mandauerit, illorum vero, qui hoc non facerent, negli-
gentiam accusauit. Tantum ergo abest, vt ius ciuale contemnere
videri voluerit, vt potius omnibus illud commendauerit, et ob id
CRASSVM introduxerit differentem de necessaria eius cognitione et
facultate respondendi de iure, in perfecto suo oratore. Vbi equi-
dem, inquit, nubi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparaui,
non solum ad cauſarum vsum forensem, sed etiam ad decus atque orna-
mentum senectutis, vt cum me vires (qua) fere iam tempus adueniant
desicere coepissent, ab solitudine domum meam vindicarem. - Est
enim sine dubio domus iurisconsulti totius oraculum ciuitatis. Sic ne-
mini mirum videri debet, quod in oratione hac pro MYRAENA satis
arroganter, glorioſe, nec sine ludibrio dixerit, se triduo profiteri
posse iurisprudentiam. Facile enim aliquis vel vno die siam aliis
probare poterit eruditissimum in arte, quam multo tempore studio-
que didicit. Neque alia mens ipsi CICERONI fuisse videtur, praeferti-
cum cum non cognitum se ius dicat triduo, sed hoc tempore
professurum esse iurisconsultum, iampridem nimirum iure cognito
et percepto. Vel vt MANVTIVS censem, de iure scripto hic locutus
est, quod cum et breue et minime obscurum, cognosci ab omni-
bus facile potuerit. (i) Reuera igitur CICERO in his omnibus a se non
dissentit. Monendi autem sunt bonarum literarum et iuris studiosi,
vt diuersas has ac diffimiles explicationes, contrariasque disputatio-
nes probe animaduertant, caueantque, ne illis in errorem se duci
patiantur, vel triduani illius iurisconsulti magniloquentia induxi-
credant, tam exiguo tempore totam iuris scientiam disci penitus at-
que perspici posse.

B

Nostris

(f) CICERONEM fuisse iurisperitum vel ex hoc pater quod studium iuris
et fori cum arte oratoria fuit coniunctum. Ex scriptis etiam eius satis
eluet, praefertim libris de republica, de legibus et officiis. Quin
librum eius de *iure ciuilis in artem redigendo*, qui hodie non extat,
laudat GELLIVS noct. Att. I. 22. Et summum illud Belgii decus HUGO
GROTIUS in libb. de *iure belli et pacis* ex nullo alio auctore plura testimoni-
onia perit, quibus dicta sua probat, quam ex IULIO nostro. Hinc et
GVIL. GROTIUS CICERONI inter iureconsultos locum dedit in *Vit. iure-
conf. lib. IX.* Et HENR. ERN. KESTNER, Prof. quondam Iuris Rint. et
Confil. in disserit, quam inscript: *Cicero iureconsultus in tract. de offi-
ciis*. In primis eruditius ille in Belgio ICtus ANT. SCHVLTINGVS in ora-
tione de iurisprudentia M. T. Ciceronis, conf. ILL. VAN BYNKERSHOEK
practerm. ad I. 2. §. 38. D. de O. I.

(g) lib. de claris Oratoribus.

(h) lib. II. de legibus.

(i) Contrarium vero Cicero significare videtur lib. VII, ep. 19. ad famili.



Nostris certe temporibus studium iuris, licet quam accurate traditum, excultum, virorumque eruditissimorum opera illustratum habeamus, difficillimum esse reperitur, praesertim quia multo maior est rerum carum, de quibus iuris consultos respondere oportet, varietas et copia, quam olim. Latissimus nunc multarum doctrinarum campus elegantioris iurisprudentiae cultoribus decurrendus est. Graecae et Latinae linguae, antiquatum Graecarum et Romanarum, historiae, politices, philosophiae notitia, adeoque tot peculiarium iurium, naturalis et gentium, feudalis et publici, ciuilis et patrii, atque pontificii cognitione indissolubili nexu iuris studio socianda est. (k) Quanquam faciliori via breuique tempore multi, relictis ambagibus (ita enim humaniora studia vocant) ad iuris scientiam perueniunt, vel se peruenire purant, dum notissima iuris capita in scholis discunt, subitoque ex academica cauea euolantes Doctoris titulo insigniti triduo se iurisconsultos profitentur: quorum tota scientia non nisi in tenui formularum et carminum notitia, vulgo dem Schlendrian, consistit, quae inanissima, vt *TVLLII* verbis vtar, prudentiae reperta sunt, fraudis autem et stultitiae plenissima. Hi compendiarie iurisprudentiae Doctores, quorum omnia plena sunt fora, non digni sunt pulchro Iurisconsultorum nomine, sed rabulæ potius loquaces appellandi, legum sequestri, pœcones actionum, cantores formularum, et, vt *ARISTOPHANIS* verbo vtar, ἐφοριστον καρπάδιον ἀλαιπωρον, rixarum et contentionum disseminatores, qui lites dolose et captiose verborum circumitu sufflant, cauſas implicant, leges et decreta Principum pro arbitrio et in cauſam suam torquent, iudicia prolata, clientibus emungunt pecuniam, adeoque non suum cuique tribuunt, sed eripiunt. Hi traducendi iureconsultorum nomen paroemia illa satis nota, Iuristen boese Christen, occasionem dederunt, quae sane in istos conuenit, vt et Poetae illud, quo Arithmetis illos lepide comparat, carmen:

Callet Cauffidicus *numerandi* quatuor artes,

Littem addit liti, iurgia *multiplicat*:

Subrabit argentum, nummosque clientibus ausert,

Humanumque genus *diuidit* arque fecat.

Verum de quaestuilla illa cauffidicina (verbo hic vtor leguleiis illis vernacula) nobis hic fermo non est; sed de solida iuris scientia, quae cum optimis artibus, cum veritatis, iustitiae et pietatis, sine qua sumnum ius summa sit iniuria, studio coniuncta est. Qui haec artis aequi bonique ornamenta possident, et cum iuris scientia prudenter quoque, quae doctrinam iurisperiti informat, atque animat, confecti sunt, ii soli iurisconsulti nomine, quod cum laude tuerint, digni censeri debent. Quantum illi doctrina et poliorum iuris cognitione ceteris praestant, tantum admirationis gloriae que

(k) vid. PHIL. BECKERI Professoris quandam iuris extraord. programma de tempore academico in studio iuris prudenter collocando. Ejusd. Vorbericht zur Rechtsgelehrtheit 8. Rint. 1745. item CAR. CHRIST. SCHRAMMI schediasma de *usu et necessitate humaniorum in Iurisprudentia* Vitemb. 1727.

◆ ◆ ◆

que adepti maximis honoribus atque amplissimis praemiis semper dignissimi sunt habiti. (l) Nec immerito. Quod si enim nulla ciuitas, nullus hominum coetus, nulla vitae communitas sine lege et iustitia esse potest, quantum, quaequo, honoris deferendum iure consultis, qui praefstant, ut legibus honor, iustitiae vigor, superiorum decretis sua dignitas atque auctoritas confer, tantaque aedocilis societas conseruetur. Vnde etiam Sacerdotes iustitias, legum interpres, ministri legum, custodes ac iuris antisites nominantur. Vnde CICERO solertis et magni Iureconsulti auctoritatem verbis breuissimi complexurus domum eius vocat *oraculum* totius ciuitatis, (m) ad quod vnde cines conueniunt, et acceptis tanquam a Deo responsis firmi arque certissimi reuerteruntur.

Magnam certe atque praelaram Iurisconsulti reipublicae praefstant operam, dum iustitiam administrant atque tuentur, nihilque aliud curant, quam bene ut alii rei que publicae toti sit, saluaque atque integra cum fortunis ipsa dignitas et existimatio maneat. Insignis illorum utilitas necessitasque in aulis Principum, qui ciuili prudentia, opera et consiliis illorum in pacis bellique negotiis vertuntur. Partes eorum desiderantur in curiis ac tribunalibus, vbi Principis in iure dicundo, rebus diiudicandis sacrosanctam referunt personam, legumque valori et auctoritati confidunt. Et quem excellentissima haec iuris scientia nonnisi ex doctrina et institutione hauritur, necessarii sunt iuris Doctores in academias, in quibus legitimae disciplinae studiosi tanquam in seminario quodam in spem patriae aluntur, et erudiuntur, ut aliquando reipublicae egregiam iunctamque operam praefestare queant, eamque felicitatem pariant, quae cum recta iudiciorum administratione coniuncta est.

Felices igitur Principum aulae, in quibus vel ipsi Principes iura callent, vel quos in consilium adhident sunt iurisperiti pietate, probitate, et prudentia conspicui, qui non nisi Deo accepta, populoque rei que publicae salutaria suppedant consilia! O bene constituta tribunalia, in quibus praesides iustitiae et consiliarii solida iuris cognitione imbuti dignitatem suam cum laude tuentur, et suum cuique tribuunt, ut legibus sua aequitas, foro iustitia et reipublicae securitas constet!

O pulchrae Musarum sedes! in quibus Doctores iuris represiuntur, qui non confusa et superficiaria iuris cognitione pollent, sed omnes iuriuum explicandorum et legum interpretandarum rationes in numerato habent.

Praedicamus igitur Serenissimorum Hassiae Landgrauiorum inde a PHILIPPO MAGNANIMO Statore et GUILIELMO VI. restauratore circa Musarum hanc sedem perpetuam curam et prouidentiam: in primis summam SERENISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPIS NOSTRI DOMINI GUILIELMI VIII. Conseruatoris et nutritoris Academiae nostrae munificenter.

B 2

(l) vid. HOFFMANNI histor. iuris lib. I. cap. I. per. V. sect. I. §. 5. et sect. III. §. 5.

(m) lib. I. de Oratore.



tissimi sapientiam et incomparabilem, qua Musas nostras complecti-
tur, gratiam: quod, cum omnium artium et disciplinarum Pro-
fessores doctissimos, tum celeberrimos vnde iurisconsultos ma-
gnis praemii arcessitos hic constitueret ac fouere clementissime voluit.

Possent hic longo ordine enumerare, et in scenam producere
celeberrimos Iurisconsultos, qui ab nascientis Academiae nostrae in-
cunabulis cum laude hic docuerunt, nomenque dudum immortalita-
ti consecrarunt; sed nominare nunc sufficit, quos viuos adhuc no-
bis gratulamur viros illustres, Iurisprudentiae lumina, quae Mar-
burgum nostrum vere illustrant ESTOR EM atque HOMBERG KIVM,
et quos nuper ex mandato INDVLGETTISSIMI PRINCIPIS
ad obeundam Professorum iuris munera IENA euocauimus Iuris
Doctores clarissimos SORBER VM atque HOFFMANN VM. Quo-
rum alter docendi prouinciam ante hos fere quatuordecim dies
publice capeſſiuit: ille autem, cuius cauſa haec praeludimus

VIR ILLVSTRIS ET CONSVLTISSIMVS

D O M I N V S

IOANNES IACOBVS SORBER

I. V. D.

futuro die Veneris, deo volente, munus suum oratione solemini au-
spicabitur.

Huic autem priusquam audienciam conciliamus, ne a more et
instituto maiorum discedamus, vitae eius et studiorum curriculum,
sicut ab ipso nobis traditum est, cum beneuolo Lectore communi-
cabitur.

Natus est ERFORDIAE, in ciuitate THVRINGIAE peran-
tiqua honestis parentibus MDCCXIV. d. XXIX. Septembris,
patre optimo, NICOLAO IONA SORBER, campanarum
et machinarum bellicarum, priuilegiis Reuerendissimi Electoris
Moguntiaci, constituto fusore et inspectore praedicatorum ordina-
rio: Matre vero ANNA BARBARA KOMBERG, iam du-
dum pie defuncta. Ab hisce parentibus ineunte statim aetate mul-
ta tam pietatis, quam virtutum accepit praecepta, nihilque magis
curae fuit illis, quam ut animum eius a prima pueritia fidei Chri-
stianae articulis imbutum redderent. Hinc domi instruacione prae-
ceptorum fidelissima priuata, in primis M. SCHOENKOPFI, Ver-
bi diuini nunc Ministri dignissimi, per decem vſus eft annos. Dein
ad altiora tendens, Gymnasium, quod ERFORDIAE floret, pu-
blicum frequentare iuferunt optimi parentes. Ibi per tres annos
sub directione Viri consultissimi D. STILERI ut et reliquorum
Professorum, TIEMROTHII, LOZZII, HEVSERI, WEISSEN-
BORNII et TENNEMANNI in bonarum artium disciplinis ma-
gnos fecit progressus, et sub auspiciis Rectoris Magnifici Viri sum-
me reuerendi CHRISTOPHORI IGNATII DE GVDENVS d.
XXXI.



XXXI. Ianuarii MDCCXXIV. in album studiosorum est relatus. Quum igitur ex confilio parentum iurisprudentiae se consecraisset, prius quam iuris disciplinas ipsas inchoaret, vniuersum Philofophiae cursum duce b. IVSTO CHRISTOPHORO MOTSCHMANNO P. P. intra anni spatium absoluit: eoque finito, sedulo interfuit recitationibus b. VOLCMARI WILHELMI STENERI P. P. et totius facultatis senioris. In explicatione institutionum Iustinianearum secutus est principia Viri Excellentissimi atque consultissimi D. SCHORCHII. Denique florentissima Musarum fides, quae IENAE est, d. XXI. Aprilis MDCCXXXII. sub regime Academico b. Viri illustris BVRCARDI GOTTHELFI STRVII in sinum recipiens illum per octo annos integros tenuit. In disciplinis philosophicis clarissimos Facultati Philosophicae adscriptos b. KOEHLERVM, KROMAYERVM et FABRICIVM audiuit. Institutiones erudite illum docuit Vir Consultissimus D. DITHMAR. In historia iuris, collegio STRVIANO, LAVTERBACHIANO, iure canonico, feudal, criminali, iurepublico et exercitiis practicis, magistris sibi elegit Viros magnificos, illustres atque excellentissimos KEMMERICHIVM, b. STRVIVM, b. BRVN-QUELLIVM et HEIMBVRGIVM. Dein Viri consultissimi D. STENERI interpretationibus doctissimis sedulo interfuit. Ut quorum virorum celeberrimorum ore tantum profecit, ut praeterlapsu quadriennio discedere et ad patris lares reuerti potuisset. Quum autem patria non suppeditare animi delicias, adeptus approbationem paternam, Academiam SALANAM anno MDCCXXXVI. iterum petiit, atque ex ore Viri illustris SCHAVMBVRGII manuduictionem ad *artem relationis* egregiam accepisse sibi gratulatur. Tum aliquot annos in accurata repetitione consumens celeberrimorum Iurisconsultorum tracta propriae reliquie meditationi. Tandem ad summos in vitroque iure honores adspirauit, et post superata consueta examina sub Praefidio Viri magnifici et illustris IOANNIS GEORGII ESTOR, nunc Academiae nostrae Pro cancellarii, et Consiliarii regiminis intimi, cuius egregia erga se merita grata mente agnoscit, dissertationem suam inaugurelam, continentem *Vestigia iuris Germanici in iure Canonico et quidem cap. I. X. de sponsalibus, de odio in matrimonio inaequalia et restricto iure nobilitatis germanicae, quod ad connubia defendit anno cloccxl.* Sequenti tempore I. V. Doctor per duodecim, et quod excurrat, annos studiose iuuentum salutem doctissimis praelectionibus promouere summopere adlaborauit: nec minus per integrum decennium officii patroni caussarum in sustinendis clientum caussis ad fora redactis probe ac feliciter peregit. Neque silentio praetereunda sunt scripta typis expressa, quibus SORBERVS nostre perclarescere coepit, quae secundum annorum seriem B. L. oculis subiicimus. Sunt autem sequentia

I. *Commentatio de Comitiis veterum Germanorum. Volumen I. Ienae MDCCXLV. in 4to.*

II. *Commentatio de censu constitutiuo seu mutuo palliato Ienae MDCCXLVI. in 4to.*

C

III. Com-



- III. *Commentatio de Comitiis veterum Germanorum.* Volumen II.
Ienae MDCCXLIX. in 4to.
- III. *Observationum et quæstionum selectarum forensium fasciculus I.*
Ienae MDCCCL. in 4to.
- V. *Observationum et quæstionum selectarum forensium fasciculus II.*
ib. MDCCCL. in 4to.
- VI. *Disputatio inauguralis sub praefidio Viri perillustris et Magnifici Academiae Procancellariorum IOANNIS GEORGII ESTORIS Ienae MDCCXL.* habita de odio in matrimonia inaequalia et restringendo iure nobilitatis germanicae quod ad conubia.
- VII. *Dissertatio de natura et indole remediis devolutiui in Germania aliusque prouinciis,* Respondente Chriſtophorō Ludouico Bepler Wetzlariensi anno MDCCXLVI. defensa.
- VIII. *Disputatio de processu inquisitorio in iudiciis militaribus usitato,* sub praefidio HEINRICI BROKESII, respondente Carolo Constantino Vtore Rücker, Moeno Francofurtensi, ventilata.
- IX. *Programma de legitimis subsidiis ad solidam in iurisprudentia feudali cognitionem adspicandi.* Marburgi h. a.

Indicenda nunc est Viri laudati Oratio solemnis, qua ex more institutoque maiorum clementissime sibi demandatam Professionem iuris ordinariam rite auspicabitur. Illa ager

De equitibus Germanorum desultoriis.

Ad quam benebole audiendam PERILLVSTREM AC MAGNIFICVM DOMINVM PROCANCELLARIVM, REGIMINIS PRINCIPALIS CONSILRARVM INTIMVM, OMNESQUE ACADEMIAE ET REIPVBLCÆ PROCERES EXCELLENTISSIMOS qua decet humanitate inuitamus. Extenderemus preces, nisi muneris ratio, et Collegii coniunctio, qua omnes et singuli Academiae Proceres ad officium hoc Viro consultissimo praestandam, monentur et obligantur, id prohiberet. GENEROSOS autem atque NOBILISSIMOS CIVES etiam sine precibus nostris sponte sua adiutorios esse, pro illorum in virum Consultissimum amore et obseruancia, speramus atque confidimus. P. P. Marburgi
a d. VI. kalend. Nouembr. cœccliv.



Marburg, Diss., 1753-55

ULB Halle

005 034 817

3



TA → OL

MW 1 + 10 Shill




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-821468-p0014-7

DFG

Farbkarte #13



Q. D. B. V.
AVCTORITATE
CADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI
PRINCIPIS HEREDITARII
C DOMINI 1754 4.
I FRIDERICI
AE LANDGRAVII REL.

RNANDAM PANEGYRIN

QVA
STRIS ET CONSULTISSIMVS
DOMINVS

IACOBVS SORBER

DOCTOR ET PROFESSOR ORDINARIUS
CELEBERRIMVS
S NOVEMBRIBVS CICICCLIIII. HORA X.
AUDITORIO MAIORI AD LANVM

DICTVRVS

GERMANORVM DESVLTORIIS
VS SVM RITE AVSPICABITVR

STREM ET MAGNIFICVM
E PROCANCELLARIVM
PRINCIPALIS CONSILARIUM INTIMVM
RIVSQVE REIPUBLICAE PROCERES
SINGULOS TITVLO CONDECORANDOS
SATQVE NOBILISSIMOS CIVES
ET LITERARVM QVOSCVNQVE FAVTORES
RAEMISSA APOLOGIA
ENTIA A CICERONE IN ORATIONE
MVRENA TRADVCTA

DECENTER INVITAT
NICOLAVS FVNCCIVS
TIAE ET POESEOS PROFESSOR ORD.

H. T.

ACADEMIAE PRORECTOR